Numerus arenæ in toto mundo contentæ per ſeipſum multiplicandus.

3084097945600000000000000000000000000000000000.
308409794560000000000000000000000000000 0000000.

Mirabilis arenæ numerus, qui in aliquo mundo cõtineretur eãdem cum firmamẽto rationem habente, quã firmamentũ cum grano arenæ habet.

Operatio in qua omnia zero 35. quæ characteres ſequuntur more ſolito relinquuntur, vt poſtea ſibi tantùm addantur, ſintque 70. in producto ſubſequente, quod ex hac operatione ſequitur.

```
         18504587673 6
        15420489728 0
       12336391782 4
      27766891610 4
     21588685619 2
    27766891610 4
   00000000000 0
  12336391786 4
 24672783564 8
00000000000
9252293836 8
```

Numerus inde productus arenam à ſuppoſito mundo contentam exhibens.

95143798134919055936000000000000000000000000000000000000000
000000000000000000000 0000000000.

Hunc autem numerum quis ſine maximo tædio, & eorumdem verborum battologia efferet? modum tamen omnium facillimum ſuggero, quo & hunc, & quemlibet alium numerum maiorem, & maiorem in infinitum explicare poſſimus; primò quidem vſque ad centum milliones pro more numerabimus in loco nono, in decimo verò, & in vlterioribus locis ordine retrogrado quædam vocabula, noua quidẽ, ſed optimè rem totam cõficientia vſurpabimus; itaque loco decimo licet mille milliones, in vndecimo decadem millium millionum, in duodecimo centum mille milliones, in decimotertio millionem millionum, in 14. decadem millionum millionum, in 15. centum milliones millionum, in 16. mille milliones millionum, in 17. decadem millium millionum millionum, in 18. centum millia millionum millionum, in 19. millionem millionum millionum, & ſic deinceps decem milliones millionum millionum, centum milliones, mille, decẽ millia, & ita deinceps efferre poſſemus, breui tot millionum & millionũ nobis pronuntiandum erit, vt id non tantùm faſtidium, & nauſeam pariat, ſed etiam turbet imaginationem.

Modus vulgaris numerandi quis ſit, & cur hic contẽnitur.

Itaque loco octauo bilionem dicemus, quod decem milliones valebit, in 9. decem biliones, in 11. centum biliones, nec vlterius illa voce vtemur; ſed terno quoque charactere nomen cum numero ſequente mutabimus, tum vt frequens eiuſdem vocis, &, ingrata repetitio vitetur, tum vt omnibus characteribus tertio quoque ordine notatis, ſciamus quænam vox efferenda ſit, itaque ſuper characterem, qui bilionem deſignat, eſtque loco decimo, binarium notabo, ternarium ſuper trilionem, & ſic de cæteris, vt patet hîc.

Nouus & facilis numerandi modus.

29 28 27 26 25 24 23 22 21 20 19
9514379813491905593600000000000
18 17 16 15 14 13 12 11 10 9
000000000000000000000000000000
8 7 6 5 4 3 2
00000000000000000000000000000.

Quod ita poſsis exprimere, mundus ille nouus à nobis ſuppoſitus granorum arenæ contineret nonagintaquinque vigintinouiliones, centum & quadraginta tres vigintioctiliones, ſeptingentos nonagintaocto vigintiſeptiliones, 134. vigintiſextiliones, 919. vigintiquintiliones, 55. vigintiquartiliones, & 936. vigintitriliones. Hic eſt totus numerus contentus, quẽ eadẽ ratione vſq; ad finẽ proſequeremur, ſi loco zerorum, quæ nullius ex ſe valoris ſunt, characteres numerandi apponerentur.

Ecce tibi Athee prodigium intellectus humani, qui primæ regulæ ex Arithmeticæ ſinu deprõptæ auxilio mundum hunc vltimũ ita conſiderare poteſt, vt alium inueſtiget, qui ſeſe ad hunc habeat, ſicut ipſemet ad arenæ granum.

Supereſt vt modum triplicandi breuiter, & clarè doceã, quod exẽplo declarabitur; ſint duo quicũq; globi ſolidi, vel cubi, vel pyramides, aut alia quæuis polyedra homologa, detur exempli gratia globus, cuius diameter 4. pedes habeat, quem cum alio globo conferre velis, qui octo contineat, ita duplã hanc proportionem triplicabis; vide quænam ſit ratio 4. ad 8. & numerum tertium inueſtiga, qui eamdem cum 8. proportionem obſeruet, quam 8. cum 4. duplam videlicet, prodibit 16. qui numerus bis 8. continet, ſicut 8. bis 4. deinde numerum

Artificium quo ſingulæ proportiones triplicari poſſint.

Triplicatur ratio quæ eſt 4. ad 8. reperiturq; talis 4. 8. 16. 32.